



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Beata Elizabeth de Sconauia, quae ad illum versiculu[m], Audi nos, &c.
vidit sanctam Mariam flexis genibus Christum pro conuentu orare, cap. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

cantas, nunquam tonitrua neque fulmina, quorum timore saepius affligeris, te laudent, sicque ad altare. diens, in oculis meis disparuit; & statim intellexi, quia ipsa esset clemens illa, pia, ac dulcis virgo Maria. Ab illa hora, usque hodie, a timore praedicto tempestatum, quo nimis afficiebar, meritis beatæ virginis liberatus sum. APOLLONIUS. Quantum ex hac visione colligo, videtur quod in sequentiis, cantilenis, & hymnis, aliquæ cantibus, in eius honore dictatis, plurimum deletetur. CAESAR. Hoc certum est, si tamen humilitet ac deuotè eis laudetur.

CAPVT XXXI.

Tempore quodam, sicut ex relatione religiosorum didici, cum conuentus sanctimonialium in Sconauia, sequentiam, Ave præclara maris stella, in luce gentium Maria, in quadam solenitate sanctæ Deigintricis decantaret deuotissimè; venerabilis virgo Elizabeth, tunc ibidem magistra, mentis excessum passa, ad illum versiculum: Audi nos, nam te filius nihil negans honorat: Vedit Dominam nostram flexis genibus pro eodem conuentu preces fundentem. Ab illa autem die usque hodie, ex institutione iam dictæ Elizabeth, idem conuentus ad eundem versiculum, cum sequentia decantatur, veniam petere consuevit.

CAPVT XXXII.

Apropter monasterium sancti Chrysanthi scholasticus quidam fuit, nomine Daniël, pueros illic instituens: huic consuetudo fuit, diebus singulis eiusdem ecclesiæ cryptam intrare, & coram altari flexis genibus praedictam sequentiam in honore Dei genitricis Mariæ decantare. Hoc cum per aliquod tempus astatasset, & ad illum versiculum: Ora virgo nos illo pane cœli dignos effici, semper surgendo veniam peteret; die quadam beata virgo super altare stans illi apparuit, & panem parvulum niue candidiorum manu tenens, ut os aperiret præcepit, quem cum ori eius immisisset, tantæ ex eo sensit dulcedinem, ut omne mel & fauum supereret. Iuuenem hunc dominus Daniël Abbas Sconauia bene nouit, qui mihi ipsam visionem reci-